Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1007
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nullum autem exceptum esse cum misericordiae denegetur officium
quis non iudicat quando usque ad inimicos etiam porrectum est eo dno dicente
Diligite inimicos uestros benefacite eis qui uos oderunt. Itaque pau
lus apostolus docet cum dicit, Etenim non adulterabis. Non homicidium faces.
Non furaberis. Non concupisces. Et si quod est aliud mandatum. In hoc
sermone recapitulatur, Diligis proximum tuum tamquam te ipsum, Dilectio proximi
malum non operatur, Quisquis ergo arbitratur non de omni homine apostolum
praecepisse cogitur fateri quod absurdissimum et scelestissimum est unum fuisse
apostolo non esse peccatum si quis autem xpianus aut inimicus adulteraverit uxorem
aut eum occiderit aut eius uxorem concupierit, Quod si dementissimum est dicere mani
festum est omnem hominem proximum esse deputandum. Quia ergo ne minem
operandum est malum. Lauerosive ille cupiprehendum uel a quo nobis praebendum
est officium misericordiae. Recte proximus dicitur. Manifestum est hoc prae
ceptum quod iubemur diligere proximum etiam si cum angelos communeri. Qui
bus tanta nobis misericordiae impendunt officia quantam multis scriptu
rarum diuinarum locis animaduertere facile est. Ex quo et ipse dis et dns noster.
proximum eum dicuolunt, Etiam et seipsum significat dns ihs xps oppitulatum
ee semiuiuo iacenti in uia ad sinistra et relicto a latronibus, Et propheta
in oratione ait, sicut proximum sicut fratrem nrm tra con placebam,
Sed qm excellentior ac supranos natura est diuina substantia praeceptum
q diligamus dm a proximi dilectione distinctum est. Ille enim nobis preber
misericordiam propter suam bonitatem. Nos autem nobis inuicem prop
ter illius. Id est illi nostri miseretur ut eis perfruamur. Nos uero inuicem
nri miseremur ut illo fruamur, Quapropter adhuc ambiguum
uideretur cum dicimus ea re nobis pfrui quam diligimus propter seipsam
et ea re nobis fruendum esse tantum qua efficimur beati. Certe fuero uten
dum, Diligit enim nos dis et multum nobis dilectionem eius et ea nos diuina
scriptura commendat, Quomodo ergo diligit. ut nobis utatur an ut fru
atur. Sed si fruitur egebono nostro. quod nemo sanus dicerit, Omne
enim bonum nostrum uel ipse uel a ipso est, Cui autem obscurum aut dubium est.